Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26147
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Aug. Qui enim aliter se diligit iniuste se diligit. quia ad hoc se diligit ut
sit iniustus. ad hoc ergo ut sit malus. Non ergo iam se diligit. Qui enim diligit
iniquum. o. a. s. Modus ergo diligendi precipiendus est homini. i. quomodo se di
ligat ut sibi prosit. Quin autem se diligat et prodesse sibi uelit. dubita
re dementis est. Modus autem precipitur cum ait sicut te ipsum. ut proximum
Aug. diligas ad quod te ipsum. Si ergo te non propter te diligere debes sed propter illum.
ut dilectionis tue rectissimus finis est. non succenseat alius aliquis
homo si et ipsum propter deum diligis. Huius dilectionis modum ueritas
Aug. super Iohannem. insinuat dicens. Mandatum nouum do uobis ut dilecti di
ligatis inuicem sicut dilexi uos. i. ad quod dilexi uos. scilicet
ut filii dei sitis. ut uitam habeatis. De modo diligendi deum.

xx. v. Dilectionis autem dei modus insinuatur cum dicitur ex toto corde.
i. ex toto intellectu. ex toto animo. i. ex tota uoluntate.
ex tota mente. i. memoria. ut omnes cogitationes et om
nem uitam et omnem intellectum in illum conferas a quo habes ea
que conferas. Hec dicens nulla parte uite nostre reliquit que uaca
re debeat. sed quicquid uenerit in animum illuc rapiatur quo dilec
tionis impetus currit. Diligere deum propter se modus est dili
gendi deum. et sunt isti duo modi diligendi deum ut quibus deo
placet. De impletione illius mandati.

xc. v. Illud autem preceptum non penitus impletur ab homine in hac morta
li uita. sed ex parte non ex toto. quia ex parte diligimus sicut
De perfecta iusti cia hominis. ex parte cognoscimus. in futuro autem implebitur ex toto. Vnde
Aug. Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentie. non omnino ex
tota anima diligitur deus. Caro tamen non dicitur concupiscere. nisi quia carna
liter anima concupiscit. Cum autem uenerit quod perfectum est ut destruatur